

nominauimus) partibus armis, ac baludamentis  
 equè exornati, quorum arbitrijs totum Roma-  
 num Imp. & Respubl. diuisa erat. Sublimior  
 tamen est Octavianus, aduersum spectatore,  
 post quem est Aquila signum. A dextris  
 sedet M. Antonius, à sinistris Lepidus, Utrique  
 affixa sunt signa militaria. Dextra  
 parte stant armati aequalibus armaturis  
 lictores, cum fastibus & securibus, ipsa uel  
 crudelitate ueluti attoniti ac stupefacti.  
 Altera parte ingratus ille beneficij accepti  
 compensator. P. Lena cum manipularibus,  
 iniustus uindictæ, stricte pugione properat ad  
 Tribunal, qui iussu Antonij facundum illud  
 Ciceronis caput, & linguam Romana Reip.  
 ac manus præsciderat, eius, à quo ipse in  
 iudicijs defensus est, & morti erectus. O  
 indignum facinus, ingratitude malum  
 aliud neq; peius neq; sceleratius. In pa-  
 uimento proscriptorum concessa iacent ceruices,  
 eorumq; bona coram allata. Tribunal  
 circumstant armata manus, quò colligi potest,  
 quantum ex eo Triumuiratu Rom. Reipub.  
 & periculi & detrimenti accesserit, quando,  
 qua uirtute Principis moderanda essent,  
 armis ac uiolentia Tyrannorum cuncta  
 perturbarentur. Res ipsa clarior est,  
 quam ut inscriptione inuoluerit. Hummè  
 hunc uenenum perrarum uicini Mantua apud  
 Iulium Romanum.

In uena  
 e. iij.